



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus Beneficiarivs, De Natura & Speciebus Beneficii Ecclesiastici: Item Simonia, pessima Beneficiorum Emprice

Biesmann, Caspar

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Caput II. Statuuntur varij casus à Simonia probabiliter immunes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42013

non solvat. Ingressus est, si quis beneficium sibi collatum, antequam illius possessionem ceperit, alteri resignet, servato jure ingrediendi, vel adeundi possessionem illius beneficii, si alter pramoreretur, fieret Episcopus, &c. Accessus est, si te per ætatem, aut alia de causa adhuc incapace beneficii, facias illud conferri tertio v. g. tuo nepoti, servato tibi jure, ut postquam justam ætatem habueris, &c. ad illud accedere possis. Vide de his plura apud Laym. lib. 4. tr. 10. n. 76. Simonia realis est, quæ ipsa rei traditione utrinque completur, saltem inchoatè, ut si beneficium sit collatum, & pars pretii soluta.

Quid Simonia realis.

C A P U T II.

Statuuntur varij casus à Simonia probabiliter immunes.

Simonia probabiliter non reperitur in sequentibus casibus. Excepto quinto casu, cui practicam probabilitatem tribuere non ausim. Primò si detur beneficium ob amorem humanum, aut quia Non videtur simoniacum, dare

Beneficium
ob amorem
vel timorē
humanum.

Neque ab-
que animo
emendi be-
neficium,
alterum in-
ducere ad
dandum
promissio-
ne factā.
quamvis
hoc agendi
modo gra-
viter pec-
cet.

Aut in casu
resignatio-
nis in favo-
rem tertii,
tractare cū
illo de dan-
da certa pē-
sione sub
beneplacito
Pontificis.

consanguineus aut amicus est, vel
timorem, ne alter tibi injustè no-
ceat, tummodo pactum non inter-
veniat. Quia ratio simoniæ confi-
sit in pactione, & contractu
pro pretio temporali. Interim in
collatione beneficiorum, ut supra
dictum est, magis spectari debet
bonum Ecclesiæ, quàm privata
causæ consanguinitatis, amicitiae,
&c. Secundò si quis animo non
emendi aut solvendi, sed tantum
decepiendi promittat aliquid tem-
porale pro beneficio. Quia non ha-
bet voluntatem emendi, peccabit
tamen graviter alterum inducen-
do in simoniam, & ponendo actum
externum simoniacum. Poterit
nihilominus beneficium sic obten-
tum retinere, si à legitimo superio-
re collatum fuerit. Quia acquisivit
plenum jus in beneficio, nec dece-
pto injuriam fecit, utpote qui non
habebat jus dandi beneficium si-
moniacè. *Vid. Less l. c. dub. II.
Cajet. Tolet. &c.* Tertiò volens
resignare in favorem tertii, si cum
illo tractet, de danda sibi certa
pensione non absolutè, sed sub be-
neplacito Pontificis, hoc est, si ita
videatur Pontifici. Nam pensio,
propriâ authoritate partium, bene-
ficio

ficio imponi nequit, quin simonia committatur, ut per se patet. Quartò *juxta Less. lib. 2. c. 35. dub. 14. Sol. & alios* si beneficium resignatio in favorem tertii, hoc est, cum clausula, non aliter nec aliàs, fiat in manus ordinarii. Quia nullum hic propriè intervenit pactum, verùm ne hoc resignandi modo, qui est contra stylum curiæ, per ignorantiam offendas, *vid. superius dicta de resignat. benef. cap. 10.* Resignationes reciproca, qualis esset, si ego resignarem meum beneficium in favorem tui nepotis, ut tu tuum vicissim resignares in favorem mei nepotis: Item triangulares, sic dictæ, quòd fiant inter tres v.g. ego resigno meum beneficium Paulo, ut hic suum resignet Petro, & Petrus suum mihi, non possunt fieri coram ordinario. Quia continent specialem modum paciscendi à jure prohibitum, in quo Episcopus tanquam inferior dispensare nequit. *cap. quasitum de rerum permutat.* Quintò *juxta nonnullos recentiores, quos Less. l. c. dub. 15. sine nomine citat,* resignans beneficium lite obtentum, si à resignatario repetat expensas litis, quas fecit in obtinendo beneficio.

Item resignare in favorem tertii in manus ordinarii.

Quid sentiendum de resignationibus reciprocis & triangularibus.

Repetere expensas litis, Bullarum, & c. in simoniacis.

ficio.

ficio. Quia non petit aliquid pro beneficio, sed solum repetit expensas litis, ex consequenti simul factas in bonum resignatarii, ut se indemnem seruet, eademque videtur esse ratio de expensis Bullarum, aut aliis legitime factis pro obtinendo beneficio. Quia resignans has non exigit pro beneficio, sed solum ne ipse damnum patiatur, adeoque non fit pactum, ut resignatarius quicquam det pro beneficio, hoc enim gratis dimittitur, sed ut expensas in sui quodammodo utilitatem & gratiam factas, refundat. Verum hæc sententia adeo tenui probabilitate nititur, ut eam in praxin deducendam, sive practice probabilem esse non censeam. Nam esto resignans nihil videatur petere pro beneficio; ipse tamen resignatarius, cui beneficium resignatur, expensas, quas refundit, manifestè convincitur dare pro beneficio. Neque enim has refunderet, utpote cui exiguæ curæ foret de indemnitate resignantis, nisi alter resignando daret beneficium: adeoque si non verbis expressis, saltem implicite fit pactum de refusione expensarum pro dando per resignationem beneficio.

cio.

pro
ben-
fa-
at se
ide-
um,
obti-
nans
sed
atur,
resi-
bene-
titur,
imo-
ctas,
entia
titur,
sive
cen-
il vi-
ipse
benefi-
quas
citur
enim
cigua
resi-
daret
verbis
at pa-
m pro
enefi-
cio.

cio. Adde, quod resignans, repeten-
do expensas ante resignationem,
sufficienter convincatur intendere
pactum saltem implicitum, & ha-
bere dictam refusionem pro moti-
vo resignationis. Quare contra-
riam sententiam tenendam esse ju-
dico, quæ est communis DD. ut
docet *Less. l. c. dub. 15.* asserens in
foro externo minimè admissum
iri dictum titulum indemnitatis.
Quia omne pactum in spirituali-
bus de onere temporali, quod de
jure rei temporali non est anne-
xum, rejicitur ac reprobatur tan-
quam simoniacum, si fiat absque
authoritate superioris. Proinde
juxta Laym. lib. 4. tit. 10. c. ult.
§. 5. permutaturi aut resignaturi
non possunt inter se pacisci de ex-
pensis ab uno eorum faciendis, nisi
hæc de jure ab eodem faciendæ fo-
rèt. Nam juxta receptam regulam,
quod de jure & justitia fieri oportet,
id ipsum in pactura deduci po-
test absque vitio simoniæ. Sextò
ortâ lite de beneficio Ecclesiastico,
si partes inter se gratis & amica-
biliter componant, idque vel per
spontaneam cessionem juris sui &
litis desertionem, vel per compro-
missionem in arbitros, ut ab his

Ortâ lite de
beneficio,
inter se a-
micè com-
ponere.

illi

illi parti tota res adjudicetur, cui jura magis favere videntur. Quod si una pars litigantium foret in possessione beneficii, illud absque auctoritate superioris dimitti non debet, *C. admonet. C. qua in dubiis, de enunciat.* Transigere autem litem beneficiale, siue pacisci de præstanda re aliqua temporali ad terminandam litem, v.g. si parti litiganti pecunia offeratur, vel pecuniarium aut aliud debitum remittatur, ut litem deserat, est simoniacum & jure Ecclesiastico prohibetur. *Cap. constitutus & C. super eo*, ubi omnis reciproca pactio, conventio, permutatio in beneficiis Ecclesiasticis; quæ propriâ auctoritate fit, tanquam simoniaca interdicitur, sicuti *cap. de hoc, de simon.* prohibeatur omnia pacta, quæ fiunt circa actiones aut jura inchoata, ad consecutionem beneficiorum necessaria, v.g. si paciscar cum Titio, me ipsum electurum in Episcopum, &c. ut me vicissim vel alium eligat, præsentet, instituat ad alium beneficium. Septimò pensiones merè temporales, quæ etiam laicis ob justam causam competere possunt, si vendantur, aut redimantur. Quia semel à spiri-

Pensiones
merè tem-
porales ven-
dere aut
redimere.

rituali

ritu
aut
tual
cen
xtæ
de b
neq
na
qua
cert
tur
Bal
pen
ranc
est.
pler
arbi
à pl
ea c
cta.
sion
spir
tion
ven
aut
cur
do
obl
ubi
est.
ber
pac

rituali titulo beneficii, legitimâ
authoritate separata, neque spiri-
tuales, nec spiritualibus annexæ
censentur. Similiter pensiones mi-
xtæ (vid. dicta de pensionibus in tr.
de benef.) tametsi emi aut vendi
nequeant ob stylum curiæ Roma-
næ, ejusmodi venditionem tan-
quam simoniacam damnantis, si
certâ summâ pecuniæ rediman-
tur, saltem iis in locis, in quibus
Bulla Pii V. imponentis ejusmodi
pensionibus obligationem reci-
tandi officium B. V. recepta non
est. Quod *Less. l. 2 c. 35. dub. 22.*
plerisque locis non fuisse factum
arbitratur. Quia dicta constitutio
à plurimis ignoratur, vel etsi de
ea constet, non est in praxin dedu-
cta. Ratio est, quia redimere pen-
sionem, non est emere jus aliquod
spirituale, sed extinguere obliga-
tionem temporalem, annuè sol-
vendi certam summam pecuniæ
aut fructuum. Adde quòd stylus
curiæ permittat illas redimi, mo-
do non extinguatur spiritualis
obligatio recitandi officium B. V.
ubi prædicta constitutio recepta
est. Non poterit tamen resignans
beneficium, sub onere pensionis
pacisci, ut statuta pensio redimatur.

Quid di-
cendum de
pensionibus
mixtis.

Quia

Quid de
pensione
spirituali.

Redimere
vexam ab
impediēte.

Quia peteret pro beneficio rem
temporalem pretio aestimabilem,
onus scilicet redimendi pensionē.
Spiritualis autem pensio, quæ da-
tur ob ministerium spirituale, abs-
que vitio simoniae nec vendi nec
redimi potest. Quia cum talis pen-
sio in spirituali titulo, puta, in Ec-
clesiastico ministerio fundata sit,
non potest ipsa huic titulo annexa
vendi aut redimi, quin etiam titu-
lus vendatur aut redimatur: in-
terim non est illicitum pensionario
retentâ obligatione spiritualis mi-
nisterii ipsas temporales pensiones
sive fructus, quos annuè perceptu-
rus est, alteri ad vitam suam ven-
dere aut élocare vel permittere, ut
certâ pecuniâ redimantur. Quia
hoc non est vendere, aut redimere
ipsam pensionem, sed fructus ipsius
Laym. l. c. Octavo si is, qui ha-
bet jus in re sive in beneficio per
confirmationem, institutionem,
sive liberam collationem, tametsi
nondum beneficium possideat, re-
dimat oblato pretio vexationem
ab illo, qui cum à possessione im-
pedire nititur, est communis DD.
D. Thoma 2. 2. q. 100. C. 10. Quia
dū titulo legitimè obtento accedit
possessio, non accedit ipsi aliquid
spiritualis

spiri
fere
ritu
tulo
tam
la
edit
rati
cur
cur
me
pro
pro
ad
ner
sive
mo
ber
elec
sed
stit
red
ini
tiu
tio
est
ren
pra
ali
au
tū
de

spirituale, sed quod ex se est indif-
ferens, fitque ex consequenti spi-
rituale per connexionem cum ti-
tulo, cui jungitur. Observandum
tamen hic est, ab *Alex VII. in bul-
la, qua incipit: inter gravissimas,*
edita Roma 2. Martii 1652. decla-
ratum & veritum esse, ne quibus-
cunque Judicibus & Officialibus
curiæ Romanæ, vel quibuscunque
mediatoribus quidquam detur,
promittatur, vel ab his accipiatur
pro defensione juris quæsitæ, etiam
ad redimendam injuriam vexatio-
nem. Similiter habens jus ad rem
sive ad beneficium, quale jus re-
motum est in eo, qui dignus est
beneficio, proximum verò, qui
electus, præsentatus vel postulatus,
sed nondum confirmatus aut in-
stitutus est, potest pretio oblato
redimere vexam ab eo, qui nititur
iniquè obesse. Quia non datur pre-
tium pro beneficio, sed pro cessa-
tione nocuementi, quæ cessatio non
est æstimabilis ex beneficio, nisi
remotè, nimirum ob spem conce-
ptam de benevolentia collatoris, si
aliunde non impediatur. Redimere
autem vexam ab eo, qui non tan-
tùm obesse, sed etiam simul pro-
desse potest, non est licitum haben-

Aut ab eo,
qui nititur
iniquè ob-
esse.

Quid si non
tantùm ob-
esse, sed etiã
prodesse
possit.

ti jus

rem
lem
onē.
e da-
abf-
nec
pen-
n Ec-
a fit,
nexa
titu-
in-
nario
s mi-
iones
epru-
ven-
re, ut
Quia
imere
ipfius
ii ha-
io per
nem,
uncti
t, re-
onem
e im-
s DD.
Quia
ccedit
liquid
ritua*

ti jus ad rem. Quia dando pretium illi, qui potest prodesse, videtur illum inducere ad præbendum consensum & ad non opponendum, quod de jure posset opponere, atque ita viam directè parare ad beneficium: dixi quod jure posset opponere, nam si modo apertè iniquo sese opponat, poterit absque simonia ipsi offerre pretiū, ut ab iniquo conatu desistat, sicut enim alteri possum dare pretium, ut injustè non noceat, ita & huic. Induci tamen hujusmodi pretio non potest ad dandum, vel ipsum beneficium, vel suffragium pro obtinendo beneficio. Denique si offeratur pecunia, ut non nominetur aut eligatur ineptus, vel ut eligatur idoneus in genere, nullum designando, in particulari. Quia hoc non est aliud, quàm redimere vexam, sive injustam læsionem. Ecclesia enim jus habet, ut detur ei idoneus minister, adeoq; si pro eo obtinendo offerat pecuniam, nullam committit irreverentiam. *V. Less. l. 2. c. 35.*

duob. 19.

CAPUT